



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

LXI. Georgivs Fridericvs Elector XLV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

nis in id unum conspirantibus susceptum est, ut si non penitus solo æquare, saltem multis modis & machinis concussam intueri liceret Romanam Ecclesiam, aut Romanum Imperium. Annus Schvvicardo fuit ultimus 1626. Sedit itaque annis 22, unà cum Pont. Paulo V. Gregorio XV. & Urbano VIII.

LXI. GEORGIUS FRIDERICVS ELECTOR XLV.

**G**eorgius Fridericus de Greiffenclau ad Rhenum ex antiquo & perillustri sanguine natus, suis laude dignissimis gestis eundem maximopere exornavit: vestigiis enim Richardi avunculi sui prioris seculi inter Trevirenses Archiepiscopi præclare institit ab ineunte ætate, cum primùm Moguntia Canonicus, mox verò Præpositus, dein Wormatiæ Episcopus, & demum Moguntia Archiepiscopus est promulgatus. Inter præclara opera Friderici numerandum venit Imperatoris mandatum, vulgo *Edictum Restitutorium* nuncupatum, quo Heterodoxi in Imperio Viri Principes restituere sunt iussi adempta Ecclesiæ jura & bona: unde natus est tumultus inter malæ fidei possessores maximus, jure belli ea sibi debere vociferantes, & ampliora desiderantes. Annis non nisi 3. Moguntinam rexit Ecclesiam Fridericus sub Pontifice Urbano VIII. an. 1629. jam mortuus, cui longius ævum optârunt non modò Viri clarissimi ex Greiffenclaviensium genere oriundi, atque inter Moguntinos celeberrimi, sed in Ecclesia & in Imperio omnes boni.

LXII. ANSELMVS CASIMIRVS ELECTOR XLVI.

**A**nselmus Casimirus Perillustrium Equitum cognomento Wambold de Umstatt dictorum insigne decus, inter totius Germaniæ hostiles strepitus est promulgatus, omine nequa-